



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1838**

XIII. Markgraf Ludwig verleiht einigen Bürgern zu Kyritz Hebungen aus dem Dorfe Drewen, i. J. 1338.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54294](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54294)

**XI.** Markgraf Ludwig verleiht einen halben Wispel Pachtroggen aus der alten Mühle bei Kyritz,  
i. J. 1337.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., ad resignacionem liberam, renunciacionem voluntariam, per dilectum nostrum Tylonem dictum Schutte factas, contulimus & presentibus conferimus discreto viro bortekino, ciuitatis nostre kiritz cui, suisque veris legitimis heredibus alterum medium chorum siliiginis annue pensionis et decimacionis in antiquo molendino, ante portam ciuitatis predictae sito, sub omnibus modis, iuribus et conditionibus, quibus idem Tylo dictam tenuit & possedit pensionem, perpetue quiete & pacifice possidendam. In cuius etc. Testes sunt nycolaus de quitzon, fridericus de Mure cum ceteris. Datum in antiquo Repin, in crastino galli, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVII<sup>o</sup>.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 11. Nr. XXIV.

**XII.** Markgraf Ludwig beleiht einige Bürger zu Kyritz mit Hebungrechten im Dorfe  
Schönermark, i. J. 1338.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus etc., contulimus et presentibus conferimus discretis viris, heinoni dicto vorlorenquet & Johanni de Rynsparg, ciuitatis nostre kiritz ciuibus, ipsorumque veris & legitimis heredibus, duo frusta annuorum reddituum denariorum brandenburg. in villa schonermark sita, que quidem frusta a discreto viro bussone, dicto wadeschinkel, debito precio comparauit, eo iure, quo dictus busso a nobis tenuit & possedit, sine impedimento quolibet tenenda, perpetuisque temporibus quiete & pacifice possidenda. In cuius etc. Testes hufener, yo kungesmark, milites, nycolaus et euncke de quitzowe cum ceteris. Actum kiritz, datum vero berlin, anno dom. M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXX VIII<sup>o</sup>. in die omnium animarum.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 12 a. Nr. XXVI.

**XIII.** Markgraf Ludwig verleiht einigen Bürgern zu Kyritz Hebungen aus dem Dorfe Drewen,  
i. J. 1338.

Nouerint etc., quod nos Ludovicus, dei gracia etc., contulimus et presentibus conferimus dilectis nostris fidelibus Tydekino & henrico fratribus ipsorumque heredibus, filiis quondam henrici otmar bone recordacionis, ciuitatis nostre kyritz cuius, ad manum conjunctam, XV librarum redditus annue pensionis in villa Drewen sitos sub forma, condicione et iure, quibus idem henricus dictos redditus tenuit & possedit, perpetuis temporibus sine inquietatione qualibet quiete & pacifice possidendos, Volentes Tydekinum et henricum fratres predictos circa presentis collacionis nostre gratiam ipsis faciam et redditus annuos ipsis collatos vt premittitur pro ipsorum iuribus defensare. Pro qua quidem collacione iidem fratres nobis XVI marcas argenti brandenburgensis ponderis erogarunt, quas in nostra conuertimus commoda, et nostros vsus procurauimus cum eisdem. In cuius etc. Testes Johannes buch, Johannes hufener, — —, heylo, bombrecht pincerna cum ceteris. Datum berlin, anno domini M<sup>o</sup> CCC<sup>o</sup> XXXVIII<sup>o</sup> in vigilia Elizabet.

Nach dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Havelberg, Bl. 12 a u. b. Nr. XXVII.